Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

uncias est domui eius
iuxta numerum animarum
que sufficere possunt
ad esum agni. Erit autem
agnus absque macula
masculus anniculus.
Juxta quem ritum tol
lens et edium: et serua
bitis eum usque ad quar
tam decimam diem men
sis hujus. Immolabit
que eum vniuersa multi
tudo filiorum israel ad vel
per: et sumentes de san
guine et ponent super
utrumque postem: et in
superliminaribus domo
rum in quibus comedent
illum. Et edent carnes
nocte illa assas igni
et azimos panes cum
lactucis agrestibus. Non
comedetis ex eo crudum
quid nec coctum aqua
sed assum tantum igni.
Caput cum pedibus eius
et cum testibus vorabitis
: nec remanebit ex eo
quicquam usque mane.
Si quid residui fuerit
igni comburetis. Sic autem
comedetis. Renes vestros
accingetis: calceamen
ta habebitis in pedi
bus tenentes baculos
in manibus: et comede
tis festinanter. Est enim
phase idest transitus do
mini. Tractus Eripe me domine ab homine ma
lo a viro iniquo liberame
℣ Quia confortauerunt ma
lignas in me: de tota die con
tendebant pugnabant. ℣ Ini